



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvatii Ordinis F. Minorum de
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis
neceßarium**

Cambi, Bartolomeo

Coloniae, 1606

De impedimentis in oratione occurentibus. Cap. 18.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

Trabe me post te, *iniremus in odorem Cant. 5.*
inguentorum tuorum.

Hi duo postremi modi, in oratione admodum pij & præclari sunt, animamq; diuino amore succendūt.

De impedimentis in oratione occurrentibus.

CAPVT XVIII.

TERTIA planta, impedimentū, *Orationis*
 nuncupatur: Sub cuius vmbra, *impedimen-*
 impedimenta omnia quæ orationi *ta.*
 quoquo modo obstaculum ponunt, perdiscenda sunt. Sunt autem nouem.

Primum est: Nimis leuis exercitiorum orationis intermissio, nisi iustam ob causam obedientiæ aut necessitatis alicuius cum corporalis tum spiritualis id fiat. Quia vt quidam insignis Doctor ait: Spiritus deuotionis adedò delicatus est, vt cum discesserit, aut non redeat, aut non nisi difficilimè reuocari possit.

Secundum est. Curiositas cum sensuum, tum intellectus: cuiusmodi *est*

282 HORTVS ORAT.

est velle audire, videre aut intelligere novos rumores, curiosa, pulchra, & affabrè facta desiderare.

Tertium est, Immoderata delectatio in cibo & potu, maximè in coenis longis & sumptuosis.

Quartum sunt: Voluptates sensuum, quando homo illis immodicè sese tradit.

Quintum est, Occupationum varietas, & nimia circa exteriora sollicitudo.

Sextum est: Cogitationum multitudo.

Septimum est: Amaritudo & tristitia cordis.

Octauum est: Remorsus conscientiae, à peccatis existens, quando immoderatus est: quia animam efficit turbidam, inquietam, meticulosam, & ad omne opus bonum inhabilem.

Nonum: sunt peccata non tantum mortalia sed etiam venialia.

*De tentationibus in oratione
occurrentibus.*

CAPVT XIX.

Quarta

Quarta plantæ nomen est Tentatio: sub cuius umbra tentationes vulgatiores, quæ circa orationis exercitium occurrere possint, perdiscendæ sunt. sunt verò nouem.

*Tentationes
in oratione
occurrentes.*

*Tentationes nouem in oratione
occurrentes.*

Prima est. Zelus indiscretus proximorum salutem constituendi.

Secunda. Immoderatum desiderium scientiæ.

Tertia. Desperatio seu diffidentia profectus. Et è contrario præsumptio perfectionis adeptæ.

Quarta. Somnus superfluus.

Quinta. Timor inordinatus.

Sexta. Cogitationes infidelitatis.

Septima. Cogitationes blasphemiarum.

Octaua. Cogitationum importunarum lucta.

Nona. Consolationum spiritualium absentia.

Remedia contra primam.

Contra tentationem indiscreti zeli proximorum salutem curandi: Remedium est: aliorum saluti eatenus inten-